

1164.

41

1827

J. Mearns

De Tullio Horatioque, egregiis lin-
guae Latinae cultoribus.

Omniibus in doctrinis, in quas linguas
quoque referre licet alienas, quatenus
eae ad animum excolendum magis ea
regulis grammaticis addiscuntur, quam
usu, ut tantum, si res postularit, loqui
possimus, operibus utendum est nobis
eorum, qui in re ea, quam percipere
studemus, omnium maxime excellunt.
Unde sequitur, ut ante, quam scien-
tiae cuiusdam studio nos dedimus, praes-
tantissimi huius rei auctores nobis
perquirendi sint. Quod si quis linguae
Latinae operam daturus est, necessa-
rio scriptorum Latinorum cognitionem
consequi studebit. Quorum quidem si
rat

rationem habemus, facile intelligemus,
eorum copiam esse maiorem, quem
quae ad iuventute studiosa pertractari
possit. Quare (selectus quidam habendus
erit eorum, qui dignissimi sunt,
quibus honores plurimum laboris,
operae, curae impendant.

Cum vera (dua sint scribendi ge-
nera, alterum orationis solutae, al-
terum metricae, paucisque tantum
contigerit, ut simul in utroque genere
excellerent. Quorum quoque, quos prin-
cipos habere licet auctorum habenda
erit ratio. Solutae autem orationis
scriptorum profecta nemo clarior
fuit Cicero, nec quisquam Placco
antecelluit poetarum. — Quod si eandem,
quam supra approbavimus, rationem,
prae-

praestantissimos rei addiscendae auctores
esse adhibendos, retinemus, hi etiam vix
in litteris Latinis nobis praecipue
erunt respiciendi, quippe a quibus lin-
gua Latina in utramque partem ma-
xime sit excolta. Eodem igitur viros
argumentum faciamus huius (disserta-
tionis, quam in duas dividamus partes,
quarum prior (de Cicero, (de oratione
pedestri optime merito, exponet, poste-
rior (de Placco, orationis ^{poeticae} equestris pre-
nitissimo.

Si ea res, quae adhuc supersunt, Cicero
nis operibus (de eo ipso iudicamus, offer-
tur nobis orator, philosophus, poeta.
Gravissime oratoris partes suscipit, elo-
quentiae enim diligentissime studebat.
Qua

Qua quidem in re imitandos sibi proposuit
Socratem, Lycurgum, Demosthenem, Graecos
illos oratores, quorum orationes etiam
Latine vertit. Omnino ex pluribus ipsius
operum locis intelligere licet, eum sem-
per Graeca cum Latinis coniunxisse: ne-
que id in dicendi exercitatione solum,
sed etiam in philosophia: et eum aequi-
peritum fuisse Graecae linguae, et La-
tinae. Graecae historiam quoque consula-
tus sui conscripsit.

Eloquentia Ciceronis semper imitanda
et fuit, et est, et futura est. Litteris refe-
rescentibus omnium veterum hunc ma-
ximè admirabantur auctorem, cui puri-
tas orationis perpetua interscriptores
Romanos primas servabit. Cum Latini-
tas emendata atque elegans indicanda
est,

44
est, Latinitas dicitur Ciceroniana. In arte
dicendi quidem Cicero nec primus, nec so-
lus castitibus Romanorum, qui insignem
sibi pararet gloriam, sed habuit, quos
sequeretur, in his M. Porcium Catonem,
Gracchos, aliosque. Primus vero excoluit
orationem, primus verbis delectum
adhibuit, et compositioni artem, reddi-
tatem antiquam Graeca vincens ur-
banitate. Qui quidem, quia de omni re
respicenda perspicue, ornate, auditoribus
temporibusque accommodato, ut fa-
cile audientium animas ad suam di-
rigeret voluntatem, dicit, sane tempo-
rum illorum orator habendus est
maximus. At tamen neque ^{huic} quidem
obtractatores defuisse constat, qui ei pri-
mas concedere nollent. Sed quae singuli
est.

Tullio obiectaverint, non opus est afferre,
quoniam, cum eius opera ad manum ha-
beamus, ipsique, studio et ira vacui, de his
iudicare possimus, facile intelligimus,
quascunque eius vituperandi causa pro-
tulerint, eos, invidia ^{aut certe iniuria} concitatos, (dixisse).

Hactenus de oratore. Tam videamus,
quatenus Cicero (de philosophia), simul-
que etiam hac in re (de lingua) meritus
sibi Latina.

Philosophum licet multi eum mi-
noris faciant, tamen, praecipue quod
ad linguam attinet, etiam hac in re
multo maximus existitisse videtur.
Nec minus hoc in genere elegantem,
splendidam quoque, atque etiam magni-
ficam (dicendi rationem) tenet. Vim
quidem, ipse existimat, (dicendi maiorem)
esse in orationibus: sed hoc quoque coler-

Cum

45
(cum esse aequabile et temperatum
orationis genus. Maximum autem
fecit, quod Latine scribere maluit,
quam Graeco. Neque enim eo, quod
vidit, priores Romanorum scripto-
res hisce (de argumentis scribere) non
ausos esse, deterritus est, quominus
ipse scriberet. sed, periculo facto,
etiam hoc in genere maxime profe-
cit, ut, id quod et ipse in primo (de
natura deorum libro) dixit, verborum
quidem copia ne a Graecis quidem
vinceretur. Omnes enim libri
eius philosophici ostendunt, quam
multa verba Graeca ille in Latinum
verterit, atque eo linguam suam
vernaculam quemadmodum (citave-
rit. ac sane nullum Ciceronis ope-
rum

rum legere possumus, ^{quin intelligamus} haud intelligentes,
eum praeter summam copiam man-
nam quoque et puritatem, et concinni-
tatem atque elegantiam esse assecutum.
Dicendi copia eius intendendum tanta est, ut
linguae conformationes, ab eo adhibitae,
sunt admirandae. Oratione tamen ex-
cepta, philosophici eius libri non omnes
eiusdem nobis sunt pretii. Praestantis-
simi eorum sunt tres (de officiis ad
Marcum filium), in quibus elaborandis
Panaetium praecipue atque Heatonem,
stoicos philosophos Graecos, secutus est.
Quod quidem opus ita temperatum est,
et suppletum ornatumque acuto Cice-
ronis ingenio, ut pulcherrimum ad
animum honestatis sensum imbuedum
praes-

46
praceptorum corpus exisset. Nec quis
quam amicitiae ac senectutis incun-
ditates melius descripsit, quam Cicero
in opusculis suis (de amicitia et de
senectute). Reliqui libri philosophici,
quamquam non semper cum nostris
cogitationibus et nostro iudicio congru-
unt, tamen multa praecelera continent,
et ^{vel} propter ipsam orationem iam di-
gni sunt, qui diligentissime legantur.
Praecipue ex his magna philosophiae
historiae pars, imprimis Academi-
corum ratio, edisci potest.

Ciceronem denique adolescentem
artem quoque poeticam attingisse con-
stat. Quod quamquam ad laudem eius
celebrandam minus valet, tamen,
quia ipse senex iuvenili ista opera
(de-

delectatus esse videtur, rem non plane omis-
samus. Versus eius apte pulchreque sunt
compositi, ⁱⁿ quibus tamen ingenium poe-
ticum et mens Divini non desideratur.
Quo in genere haud dubie plus praestit-
tisset, si in hoc studio perseverasset,
neque omnes vires suas in id contu-
lisset, ut orator evaderet Romanorum
maximus. Permutum Ciceronis hodie
fragmenta tantum supersunt.

Cetera, velut libri rhetorici, episto-
lae, quae nobis tam auctorem ipsum,
quam excellentissimos illius temporis
viros et rei publicae statum mani-
feste ob oculos ponunt, mihi pro-
pter angustiores Dissertationis fi-
nes silentio sunt praetermittenda.

Tam alteram aggrediamur partem,
ubi

47
ubi nobis explicandum est de Florati-
tis.

Hunc quis ignorat poetam, qui
ab omnibus legitur, omnesque oblectat?
Quis nescit altitudinem in
eius carminibus, et gratiam ac varie-
tatem? Cui solertia ignota est ac-
ritor in sermonibus? Quem denique
artificiose in omnibus eius operibus
compositio fugit? Cui ingeniosum
poetam et concinnum legere cupiunt,
quique studium suum in versibus
faciendis ponunt, is nemo maioris
potest esse auctoritatis Floratio.
Franciscus Petrarca, poeta sui ^{ae} ~~se~~ ^{aetatis}
culi praestantissimus, cuius opera
nunc quoque libertissime legimus,
(dicere solitus est, se nullius poemati-
bus.

bis lectis perfectionem avasisse, quam
Stacci.

Horatius licet Graecos poetas magis
imitetur^{retur} sit, quam Latinos, Graecaeque
exemplaria nocturna versanda manu,
versanda diurna existimaret, patrio
tamen sermone, ac non alieno, sibi
utendum esse censuit. Quare immor-
talitatis viam sibi aperuit. Neque
enim tantam, si Graece scripsisset, sibi
parasset gloriam, cum tempore iam
illo omnes fere Graecorum poetas in-
signes, quorum opera non satis admi-
rari possumus, quique eius fastidio
obscurasset gloriam, viderent. Quocir-
ca etiam ipse. In silvam, inquit, non
ligna feras insanias, ac si magnas Grae-
corum malis implere catervas.

Lij

Lyciorum poetarum Romanorum
solus hodie exstat Horatius; sed Quincti-
liani sententia nos de perditis ceter-
orum aperibus solari potest. Inter
Lycicos, inquit, solus fere dignus est le-
gi Horatius, quoniam et insurgit ali-
quando, et plenus est iucunditatis et
gratiae, variisque verbis et figuris fe-
licissime audeat. Ex quo iudicio intelli-
gitur, quanti iam tum poeta noster
sit aestimatus. Praeterea in carmini-
bus praecipue de arte metrica me-
ritus est; primus enim Lesbios mo-
dos attemperavit Latinis, primus ora-
tionem Latinam diligentissime elu-
boravit, quam difficilibus Graecorum
metricis aptam redderet. Cuius studio
et

et perseverantiae contigit, ut artificiosam
versuum componendorum rationem
perficeret, ut merito ab Ovidio appel-
letur numerosus.

Plus tamen, quam in lyricis poematibus,
Horatius valet in satyris, in quibus
etiam eius epistolae, cum fere in-
scriptione tantum inter se differant,
habendae sunt. Satyricum eius ingenium
nemo, neque ea veteribus, neque ea re-
centioribus, ulla aemulatus est imita-
tione. Stuerant quidem ante eum Ennius,
Luilius alique. His tamen Horatius
non usus est, suos habuit fontes, e quibus
hauriret, usum atque ingenium hu-
mani scientiam. Neque acerbum in saty-
ris se praebet morum magistrum, et
ho-

hominem, vituperandi libidine abreptum?
sed irrisorem petulantem, hominemque
politum et urbanum. Quaecumque praeter
consuetudinem ac morem maio-
rum fiunt, si nec placent, nec recta vi-
dentur. Facili ratione et incunda, qua
philosophatur, salibus, quibus cogitatio-
nes suas condit, elegantia et eloquendi
celeritate, quibus ^{ea} se cum aliis commu-
nicat, maxima, remota nimia sim-
plicitate, sermonum suavitates effi-
citur. Ceterum hexameter ad hoc quo-
que poeticae genus ab ipso ita aptatus
est, ut dictio eius, si numeros tollas,
orationi apta sit solutae.

Quid quaeris? si dispositionem eius
cogitationum consideramus, circumscriptio-
nem

nem verborum, concertum versuum, varie-
latem rerum; si meminimus, eundem
hominem satyras, elegantiae, concinnitatis
et alacritatis plenas, scribere; episto-
las, optima societatis civilis praeced-
pta continentes; librum (de arte poeti-
ca), subtile auctoris iudicium indica-
tem: nulla est dubitatio, quin consen-
tiamus, Horatium unum esse, ea iis
ingeniis, quae natura formaverit, plen-
tissimum. —

